UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Baldi Pervsini. I. V. D. In prælectiones in totum Codicem Iustinianeum locupletißimus

... In Qvartvm Et Qvintvm Codicis Libr. Praelectiones / Additionibvs Philippi Decii ...

Baldus

Lugduni, M.D.LXI.

Vbi pupilli educentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95990

Visual Library

¶ In tex. ibi, perſeuerauerit, non ex ſola contumacia inchoata: ſed ex continuatione habet locum remoto.

¶ Lex quinta.

IN poſtulandis. Not. qđ in tutore principaliter attēditur perſona: ſecundario patrimonium.

¶ Lex ſexta.

PIetatis. Accuſatio de ſuſpecto eſt publica. hoc dicit. ¶ In text. ibi, licentiam, id eſt petitionem.

¶ Lex ſeptima.

a **EUm quem.** Pendente cauſa [a] ſuſpecti, debet tutori adminiſtratio interdicti. h. d. licet hic loqui videatur de interdictione iudicis, tamen videtur quod ipſo iure interdicatur: vt. ff. de ſolutio. l. quod ſi forte. §. ſunt quidam. et ideo hic iudex imminebat: quia de facto immiſcebat ſe tutor geſtioni. ⁊ vide Innoc. de acce. c. olim. ⁊ dic vt ibi. Uel ſic. Non ſolum remotio, ſed litis pendentia impedit interim adminiſtrationem tutoris. h. d.

¶ Lex octaua.

SI non ſuſpectum. Unus tutor poteſt petere ab altero rationem adminiſtrationis. durante tutela. hoc dicit. iſta lex.

¶ Lex nona.

b **SUſpectos tutores.** Not. hic glo. qđ condemnatus [b] per inquiſitionem non eſt infamis, etiam ex dolo condemnatus. quod not. probatur in. l. prima infra ſi tu. non gel. iuncta gloſſ.

¶ De in litem dando tutore et curatore. Titu. xliiij.

¶ Lex prima.

SI quas petitiones. In text. ibi, ad hoc genus: vt. ff. de tute. l. qui habent. §. ſi pupillus. et dic vt ibi.

¶ Lex ſecunda.

AN tibi. Not. in iſta. l. quod tutor debet facere quicquid poteſt, vt pupillus non incidat in penam contractus. ⁊ glo. ponit hic caſum, quam not.

¶ Lex tertia.

AD protegendam. Curator datus certe rei vel liti non tenetur de alia geſtione. h. d. ¶ In tex. ibi, conueniens ex alia re.

¶ Lex quarta.

AD litem. Si curator ad litem expendit aliquid pro vtilitate pupilli debet illud recuperare. h. d.

¶ De eo qui pro tutore negotia geſſerit. Titu. xlv.

¶ Lex prima.

ETiam. In tex. ibi, mulieres, habiles ad tutelam: ſecus de inhabilibus: quia non tenent actione pro tutela: vt. s. qui petant tut. l. cum a matribus. quod not.

¶ Lex ſecunda.

NOn vtiliter. Exceptio ꝙ mandatum non ſit ſufficiens, vel nō ſit legitimum, poteſt opponi in quacunque parte iudicij: ⁊ ſicut exce. falſi. procu. h. d. cum gl. facit. de ver. ſig. l. paulus. Tene mēti hāc. l. ¶ In gl. etiam. ibi. idē prelato. ergo videt qđ c prelatus [c] non admitat ad agendū, niſi faciat fidem de ſua prelatiōe. i. quomodo ſit electus, ⁊ confirmatus. quod eſt not. facit. s. de tut. cu. illu. perſo. l. j. ſed canones dicūt ꝙ ſufficit eſſe in poſſeſſione pacifica, ⁊ quod publice reputatur pro prelato. ⁊ no. in. c. querelam. de electio. Uel ſic. Ubi requiritur confirmatio tutoris: et non eſt facta. ibi non tenet iudicium. h. d.

¶ Si contra matris voluntatem tutor datus ſit. Titu. xlvij.

¶ Lex vnica.

SI contra. Contra mrīs voluntatem tutor filio dari non poteſt. h. d. Et eſt arg. ad no. in aut. ſacrm. quādo mu. tu. of. fun. poſſ. ſcz qđ petitus a matre ſit preferendus: q: mirabilis eſt preſumptio pro matre. qđ no. Tamen illa loquitur in prohibita in vltima voluntate matris: tñ ego non video rationem quare magis credat morienti, quā viuenti. ¶ In text. ibi, ſuffragabat. qñ teneatur: q: iſtud eſt introductū ad remotionem: non ad liberationē. ¶ In gl. ſic ⁊ monachus: q: hic hoc nō eſt ratione ordinis, ſed ratione profeſſiōis: q: profitet votū caſtitatis promittit eſſe obediens: ⁊ viuere ſine pprio. Et iſta ſunt tria ſubſtantialia regule monachatus. quicquid amplius eſt, nō eſt de ſubſtātia monachatus, ſed eſt adiectio: vt eſt nō comedere carnes, ſicut eſt in fratribus, minorib⁹ ⁊ in predicatoribus, quedam alia ſunt q̄ pertinet ad ſtrictiorem regulam.

¶ Ut cauſe poſt pubertatem ad ſit tutor. Tit. xlviij.

¶ Lex vnica.

TUtores qui nedum. Declara hanc. l. vt dixi in. l. fi. s. de peri. tut.

¶ Ubi pupilli educari debeant. Tit. xlix.

¶ Lex prima.

EDucatio. Pupilli educari debent apud matrem, niſi ad ſcđa vota tranſiuerit. h. d. Not. ꝙ qñ mater remaritat ſe, fili⁹ non debet ſtare apud eam: nec educari ab ea, ⁊ ſi ideo ſi in teſtamēto eſt relictū quādiu cū filijs ſteterit. pdit relictū nubēdo. facit. de cōdi. ⁊ demō. l. 13 ſi hoc. §. fi. In tex. ibi, perpēdet. no. ꝙ eſt arbitrariū decernere vbi pupill⁹ educet: ⁊ qđ dȝ fieri cū īquiſitiōe, citādis. de hoc notam die ſiunt magne qōnes.

a ¶ Pendente cā. No. quod litis pēdētia impedit tutorem ſuſpectum adminiſtrare, viđ gl. no. in. l. decreto. ff. eo. Bar. in. l. quod ſi forte. §. j. de ſolu. ⁊ que dixi in. c. licet heli. de ſimo. A. B.

b ¶ Condemnat⁹. No. glo. ꝙ cōdemnatus per inquiſitionem etiam ex dolo: non eſt infamis, vide gl. not. in. l. iij. §. pe. et ibi Bar. ff. de ſuſpec. tut. gl. in. l. j. C. de mo. mul. viđ bar. in. l. infamē. s. de pub. iud. ⁊ Bald. in. l. j. ff. đ his qui no. infa. A. B.

c ¶ Prelatus. Uide Bart. in. l. ij. in ver. nunc de quinto. s. de ſer.